UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXIIX. De officio Vicarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

tinguere, oblationes & eleemoſynas ſi-
c. 1. & 2. h. t. gulis Clericis diſtribuere ac procurare,
omni tempore ad miſſam habeat præpa-
tum panem & vinum.

De Officio Vicarii.

TIT. XXVIII.

Dictum de officiis eorum, qui ab Epiſ-
po vel Canonicorum collegio in p
tem ſollicitudinis peculiariter ad
ti proprio quaſi munere funguntu
non niſi abuſive & improprie di
carii poſſunt: ſequitur nunc de
riis quibusdam proprie dictis, i
qui ab aliis adſumpti, non propr
ſed alienum, ſeu quod alteri ex o
incumbit, munus peragunt.

1. *Quis ergo dicitur Vicarius?*

VIcarius eſt, cui mandata eſt ju
ctio, quam exerceat alterius no
ſive voluntariam, ſive contentioſam.

2. *Qui, & quibus ex cauſis, inſtituere V carium poſſunt?*

Inprimis Epiſcopi, qui per quotid
nas occupationes officio ſuo in omni p

te ſupereſſe non poſſunt, triplicis generis Vicarios eligere ſolent, Suffraganeum, Officialem & Vicarium in ſpiritualibus. Tum etiam alii Epiſcopo inferiores, ut Canonicatum aut dignitatem Eccleſiaſticam in Eccleſia aliqua cathedrali obtinentes: ut Monaſteria, quibus Eccleſiæ aliquæ parochiales annexæ ſunt; ut alii beneficiorum poſſeſſores, qui per ætatem & per ſtudium, aut per graviores occupationes, aliamve legitimam cauſam impediti abſunt: qui omnes per vicarios Eccleſiis deſervire poſſunt, eosque vel temporaneos vel perpetuos, de quibus hoc Tit. præcipue agitur.

c. Exſtirpanda §. qui vero de præb.

c. De Monachis eod. tit.

3. *Quod eſt officium Suffraganei?*

Hic ſublevat Epiſcopum, a quo adſumitur, ſacros Ordines conferendo, baptizatos confirmando, altaria conſecrando & id genus alia exercendo; quæ peculiariter ipſi Epiſcopo competunt. Solet autem Suffraganeo, ne videatur promotus ſine titulo, adſignari locus in Græcia, vel alia Regione per infideles occupata.

4. *Quis dicitur Officialis Epiſcopi?*

Qui nomine Epiſcopi contentioſæ tantum juriſdictioni præeſt, cauſſasque, tam

c. Non putamus de

 ci-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conſuet.in 6. Seſſ. 4. c. 10.

civiles quam criminales cognoſcit, & dirimit. Requirit autem Concil. T ut Officialis ſit vel Juris Doctor vel a centiam promotus.

5. *Quis Vicarius Epiſcopi in ſpiri-tualibus?*

Quem Epiſcopus eligit ad hoc, aliis cauſis ſpiritualibus, & ſic vol riam jurisdictionem reſpicientibus, ſcopum ſublevet, nimirum conf nes excipiendo, pœnitentiam inju do, aliosque actus ſpirituales e do. Qui tamen actus etiam S neis, dum pares eſſe poſſunt, c poſſunt.

c. Inter cæ-tera 15. de off. ord.

6. *Vicarius temporalis & perpetuus conveniunt?*

Quod uterque jurisdictionem conf tiæ, id eſt, confiteri volentes abſolv pœnitentiam injungat.

7. *In quo differunt?*

Quod Vicarii temporarii inſtitu ad modicum tempus, ut dum for diorum cauſa abſens redeat, vel minor matureſcat. Vicarii vero p tui dicuntur, quibus omnis Ec cura alterius nomine commiſſa eſt. les Vicarius ſive Vicariæ perpetuæ

c. 2. & c. Præ rea ſub. De æt. & qualit. præfic.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inſtar beneficiorum Eccleſiaſticorum, & ideo conſtitui non poteſt Vicarius perpetuus, niſi cum conſenſu Epiſcopi, qui eundem inſtituere debet; ut & alium quemlibet, cui eſt collatum beneficium. *c. Ex frequentibus De inſtit.*

8. *Poteſtne quis eſſe Vicarius perpetuus in diverſis Eccleſiis?*

Non magis quam quis geminam animarum curam, ſeu duas parochias obtinere poteſt: quia & in Vicariis perpetuis debet Vicarius per ſe ſervire, & ſi non ſerviat, compelli poteſt per detractionem fructuum, vel ipſarum Vicariarum. *c. 1. & 2. h. t.* *c. ult. eod.*

9. *Poteſtne quis ſibi ſubſtituere alium Vicarium?*

Non poteſt, cum Vicarius non habeat officium ſibi mandatum, proprio nomine, ſed alieno: idque ratione induſtriæ ejus, quæ induſtria ita adhæret perſonæ, ut ab ea evelli non poſſit, quamdiu talis manet, & ne quidem licet ponas in alio, cui mandare vult Vicarius munus, æqualem eſſe induſtriam, aut etiam majorem, quia hoc non eſt Vicarii judicare, ſed ſuperioris. *c. 4. h. tit.*

De officio & poteſtate Judicis delegati.